

## Liber Secundus

est bona consuetudo. Est et alia consuetudo. Que de cunctis rebus suis potest disponere: prout vult unius plus alterius minus. Vnde hoc alterius illud sic tamquam legittimos liberos non debet sine causa exhibendare. I. hereditate priuare. vel preterire. Si autem habet puberes filios illos et consensu debet de honestate adesse. Alia itaque est consuetudo. quod quis de rebus quod pueniunt ab aucto. vel a patre vel a matre liberis multis nihil testamentari disponere potest. De rebus vero pueritiae vel aduentitiae prout vult disponit. Est et alia mala consuetudo. quod testator languens corpe licet sit sanus mente bone rationis et mature deliberatis testamentum facere non possit. Quod est contra omnem iustitiam: quia in testamenis faciendis non requiritur validitas corporis: sed mentis sanitas et validitas rationis.

### De solenni testamento.

#### Capitulum. LI.

In solenni testamento dicitur esse secundum leges septem testes viri honesti qui manibus suis se subscribant. vel sigilla sua appendant. Si in priuato et in simplici testamento requiruntur tres testes. secundum vero canones duo vel tres: et in hac parte legibus derogatur quod duo vel tres testes in omni testamento sufficiunt. Si autem sunt plures tanto melius honestius et manifestius. Sufficit tamen aliquis in testamento unum Sigillum principis vel ciuitatis pro corroboracione testamenti. Et si sigillum propinquorum possit in testamento haberetur utile et honestum. Si vero non tunc extraneorum Sigilla sufficiunt ad eius firmitatem.

### De testibus testatorum

#### Capitulum. LII.

Alius potest esse testis in testamento exceptis illis qui testamētum facere non possint: ut supra versus Testari nequeunt et cetera exceptis mulieribus: quod propter fragilitatem sexus facilius corrumpuntur. et exceptis heredibus quos factum tagit. et qui partes habent in legatis. legatarij vero et fidei missarij. I. executores testes esse non possunt. quia iure dicuntur esse successores.

### Quare fiunt testamenta.

#### Capitulum. LIII.

Testamenta fiunt. ne lites et controversie de hereditatibus a defuncto relictis post mortem testatoris oriantur: que tamquam frequenter fiunt:ymmo quādōque magne iniurie et homicidia ex illis sequuntur. Fiunt etiam testamenta pīs locis propter animarum salutem. Fiunt et uxoribus: propter coniugalem amorem. Fiunt filiis propter naturalem obligationem. Fiunt et propinquis propter sanguinis unionem. Fiunt pauperibus propter deum. Fiunt et famulis propter eorum obsequium et cetera.